

# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST

Leto 1923.

Ljubljana, 31. decembra 1923.

Štev. 8.

58.

## O PASTORALNIH KONFERENCAH V LETU 1923.

Po dosedanji navadi objavljam tudi letos ob koncu leta kratko poročilo o obeh pastoralnih konferencah.

### I.

Do danes sem dobil zapisnike in pismene razprave o obeh konferencah od trinajst dekanij, samo o pomladanski konferenci od treh dekanij (Kranj, Semič, Žužemberk), o nobeni od dveh dekanij.

Razprave so večinoma prav dobre, stvarne, poučne. Odgovore na vsa vprašanja ali vsaj na eno je zapisnikom priložilo 55 gospodov, med katerimi jih je 40, ki za pismene odgovore niso bili zavezani. Vse sem prečital in ocenil, kakor je razvidno iz rokopisov, ki jih je škofijska pisarna potem dekanov dotičnikom vrnila.

Tudi zapisnike sem presojeval in presodil. Misli, dodatke in popravke sem na kratko obrazložil v rešitvi na dekanijski urad. Gospodje dekani naj dopis vsem gospodom prijavijo.

### II.

Iz konferenčnih razgovorov sem spoznal, da sta vprašanji o cerkveni avtonomiji v naši državi in o duhovniku, naj li pospešuje in goji dramatične predstave na deželi, gospode močno zanimali.

Avtonomija pomeni samostojnost v zakonodajstvu. Ta samostojnost more biti popolna ali pa omejena.

Kar se tiče katoliške Cerkve v naši državi, ji ustava avtonomijo priznava. Člen 12. ustave določuje v tretjem odstavku: »Usvojene in priznane vere urejajo samostojno svoje notranje verske posle ter upravljajo svoje zaklade in fonde...« V odstavku petem dopušča ista ustava, »da usvojene in priznane vere smejo vzdrževati zveze s svojimi vrhovnimi verskimi poglavarji tudi izven državnih mej...«

To priznано, akoravno ne prav točno označeno avtonomijo, pa koj omejuje ista ustava, ki v tretjem odstavku člena 12. določa, da Cerkev upravlja svoje fonde »v mejah zakona«, in v petem, da se občevanje s cerkvenimi poglavarji »uredi z zakonom«. Kakšni pa bodo ti zakoni?

Še bolj nevaren je sedmi odstavek istega člena, ki določa: »Svoje duhovne oblasti ne smejo verski predstavniki pri bogoslužju ali s sestanki verskega značaja ali drugače pri izvrševanju svoje službene dolžnosti uporabljati v strankarske namene.« Zadnje besede so izredno nevarne,

ker vsak cerkven govor o časovnih potrebah in nevarnostih se more zasukati, kakor da je za strankarske namene.

Avtonomijo cerkveno pa naravnost uničuje, in sicer v pravicah, katerih se Cerkev nikdar odreči ne more, člen 16., ki v odstavku drugem določuje »Pouk je državen«, v odstavku šestem zopet: »Osnovni pouk je državen, splošen in obvezen«, v odstavku desetem: »V koliko in ob kakšnih pogojih naj bodo privatne šole in njih posamezne vrste dopuščene, se odredi z zakonom«, ter v enajstem: »Vse naprave za izobrazbo so pod državnim nadzorom.«

Vsled teh določb bi mogla država ne le vzeti pravico javnosti, ampak naravnost prepovedati vse privatne šole, n. pr. pri uršulinkah, šolskih sestrah, v zavodu sv. Stanislava, in zapovedati obisk samo državnih šol, mogla bi urejevati pouk v krščanskem nauku, nadzirati in določevati poučevanje in vzgajanje v semeniščih itd.

Ta postopek se je že začel. Sedaj se ne nadaljuje. Želja je po konkordatu, želi ga tudi sv. stolica. Priprave za konkordat je izvršil odbor, ki ga je vlada sklicala in v katerega je tudi štiri škofo povabila. Morebiti se kmalu sklene.

Ako se konkordat ne bi posrečil, imamo ustavo z omenjenimi določbami. Ko bi se dosledno izpeljevale, bi bila strahovita cerkveno-kulturna borba prav gotova. In potem?

Pa naj bi se ločitev Cerkve od države mirnim potom izpeljala, in to v duhu, kakor je izpeljana n. pr. v Ameriki. Tudi v tem najbolj ugodnem, pri nas skoraj nemogočem slučaju, bi prišli v pretežke stiske.

Molimo in delajmo za krščansko življenje med ljudstvom ter izročimo sebe in Cerkev in vernike božji Previdnosti, da nas ne bi zapustila in nas ne dala v roke sovražnikov.

### III.

V razpravah o vprašanju, ali naj duhovnik pospešuje in goji dramske predstave po deželi, ste gospodje zopet prav mnogo stvarnega po lastni izkušnji povedali.

Skoraj vsi se strinjate v sledečih točkah:

a) Predstav ne smemo odpraviti, posebno ne v mestih in industrijskih krajih, in sicer zato ne, ker jih prirejajo nasprotna društva, ki na moralnost dosti ne pazijo, ter jih večkrat z dolgotrajnim plesom končajo.

b) Posebno previden naj bo duhovnik pri igrah z mešanimi vlogami; pazi naj, da odstrani *periculum proximum peccati*; zato naj izostane v besedilu in v predstavljanju vse, kar bi bilo v spotiko; naj duhovnik ne vodi priprav za take igre, ampak kaka poštena, zanesljiva lajiška oseba.

c) Od teh in drugih priprav naj odidejo domu najpoprej dekleta; fantje naj se še s kakim poučnim, zanimivim razgovorom nekoliko časa zadrže; naj se ne določujejo k igram dekleta iz preveč oddaljenih vasi.

d) Naj Ljudski oder poskrbi za vedno več zares dobrih iger, ki naj bodo dostojne, poučne, vzgojne, izobraževalne, naj poskrbi za imenik

do sedaj obstoječih primernih iger, ne samo onih, ki so natisnjene, ampak tudi onih, ki jih ima še v rokopisu; duhovniki in lajiki, ki imajo zato sposobnosti, naj se potrudijo in nam primernih iger napišejo.

e) Naj se ne igra prevečkrat, morda dva- do trikrat na leto, predavanja naj bodo prvo in glavno sredstvo za izomiko našega ljudstva, kakor tudi svetuje katoliški shod.

#### IV.

»Causus morales« ste večinoma korektno rešili razen vprašanja de valore matrimonii post operationem Porrensem. Vprašanje de operatione Porrensi je aktualno, ker se večkrat vrši in jo kak zdravnik priporoči materam, ki imajo težak porod. Upal sem, da pri vprašanju o delu kaj več izpregovorite o »socialni dolžnosti dela«, kakor jo socialne organizacije zahtevajo.

Pri rešitvi primera se obravnavajo dotična moralna načela, na katerih sloni rešitev. Samo ob sebi se razume, da referent si načel ne bo izmislil, ampak jih posnel iz zanesljivih pisateljev kakor Noldin, Lehmkuhl i. dr. Naj bi jih gospodje v sebi ponovili, razbistrili in se še bolj usposobili za svoje važne dušnopastirske naloge. Za to mislim, da je popolnoma napačno, ako se nekateri gospodje odstranijo, ko referent začne dotična načela razpravljati.

Rešitev obeh nalog poglejte v Škofijskem listu.

V Ljubljani, dne 11. decembra 1923.

† Anton Bonaventura,  
škof.

#### Rešitev moralnih primerov s pastoralnih konferenc.

##### Rešitev moralnega primera o silobranu in o okrnitvah.

1. Aggressorem iniustum propriae vitae vi repellere »omnes leges et omnia iura permittunt« (Decretal. l. 5, tit. 39; cfr. Lehmkuhl, Theol. Mor. I<sup>a</sup>, n. 993). Vita propria ceteris paribus vitae alterius praeferenda est; si enim vitam aliorum revereri tenemur. a fortiori vitam propriam conservare conabimur, »cum hoc sit cuilibet naturale, quod se conservet in esse, quantum potest« (Thomas, II—II, q. 64, art. 7) et »quia plus tenetur homo vitae suae providere, quam vitae alienae« (ibid). De licetate cruentae defensionis itaque nullum dubium. — Quaestio potest vero moveri, quid homo directe intendere possit: conservationem propriae vitae, an etiam occisionem invadentis? Discrepantibus auctoribus praeferenda videtur sententia eorum, qui volunt totam voluntatem ferri tantum in conservationem propriae vitae, necem vero alterius non intendi, sed solummodo permitti. (cfr. Lehmkuhl, l. c.)

Ex quibus patet, etiam ius defensionis limitibus circumscriptum esse illudque ultra necessitatem minime exercendum esse; i. e. in casu nostro eatenus erit licita defensio, quatenus ad tutelam vitae requiritur; »ideo si aliquis ad defendendam propriam vitam utatur maiori violentia quam oportet, erit illicitum: si vero moderate violentiam repellat, erit licita defensio« (Thom. II—II, q. 64, art. 7). »Moderamen inculpatae tutelae« igitur in eo consistit, quod aggressori non maius malum inferamus, ac ad tuendam vitam nostram necessarium est.

2. Scandalum secundum moralistas est »dictum vel factum minus rectum, praebens (alteri) occasionem ruinae spiritualis« (Thom. II—II, q. 43, art. 1).

Inde actus mere interni non habent rationem scandali.

»Minus rectum« denotat aliquem relictudinis defectum; vel quia est secundum se malum, sicut peccatum; vel quia habet speciem mali...« (Thomas ibid.) »quia etiam talis species potest alteri praebere occasionem ruinae.

Causa ruinae spiritualis potest esse tantummodo propria voluntas peccantis; >dicta vel facta alterius hominis possunt esse solum causa imperfecta, aliquo modo inducens ad ruinam; et propter hoc non dicitur, dans causam ruinae sed dans occasionem (Thom. ibid.).

Quoad malitiam: Cum scandalum natura sit actio contra caritatem, patet ex genere suo esse peccatum mortale. Consonat Scriptura; legas Mt. 18, 6 ss.; admittit vero parvitatem materiae.

Si regulas de permissione scandali quaeris, patet nos supponere agi de actione natura sua indifferenti (ergo non de peccato), quae tamen proximo ruinae spiritualis ansam dat praeter intentionem agentis; etenim de scandalo directo nullum dubium.

Charitas postulat, ut omne scandalum etiam pusillorum, quin imo vel pharisaicum (si fieri posset) vitemus; cum vero in praxi saepe impossibile sit a quibusdam actionibus abstinere ex quibus scandalum secuturum praevideatur, has regulas autores (Noldin, Lehmkühl) proponunt:

1. non licet unquam ad vitandum scandalum aliquid intrinsecus malum facere (ex. gr. mentiri); quidquid igitur lege naturae negativa prohibetur, semper omittendum est,

2. nec omitti possunt opera praecepta lege naturae affirmativa, quando lex vere urget,

3. si opera sunt praecepta lege positiva (divina vel humana) propter scandalum pharisaicum nunquam omittenda sunt; propter scandalum pusillorum omitti possunt, sed non debent, nisi una alterave vice,

4. opera non praecepta sive bona sive indifferentia tenemur omittere ad vitandum scandalum, si sine gravi incommodo fieri potest, cum gravi autem incommodo non tenemur,

5. bona temporalia ad vitandum scandalum dimitti debent, si sunt levioris momenti; si autem sunt maioris momenti, necessario dimitti non debent.

3. **Mutilatio** suipsius illicita est, quia homo in corpus suum nullum habet dominium, cum corpus sit quoddam donum divinitus homini attributum, et Eius potestati subiectum, qui occidit et vivere facit (cfr. Thomas, II-II, q. 64, art. 5). Quapropter mutilatio suipsius per se graviter illicita est, nisi ad ipsam vitam conservandam sit necessaria (Noldin, Theol. Mor. II, 328). In levi tamen materia grave peccatum non committitur (ibid.).

Illa mutilatio suipsius, quam Porrensem operationem vocant, in exstirpatione uteri cum ovariis consistit, qua mulier redditur impotens ad generandum. Si agitur de conservatione vitae, sine dubio licita est; ast si mulier intendat alium finem (praecavere conceptionem) certissime peccat. Quaesitio vero movetur non quoad licitatem talis operationis, sed quoad validitatem matrimonii cum >muliere, cuius ovaria sunt excisa.<

Quaestionem hanc valde implexam esse nemo negabit, qui vel obiter elucubrationes de hac materia attigit. Studia haec ante Codicem valde fervebant, sed nec post promulgatum Codicem autores consentiunt, cum alii talem mulierem >impotentem< dicant, cuius matrimonium ex capite Can. 1068, § 1, invalidum esse asserunt, alii vero doceant adesse >sterilitatem< tantum, quae matrimonium nec dirimit nec impedit (Can. 1068, § 3).

Quo melius dubium solvatur, scias matrimonium iniri ob triplicem finem: 1. ad prolem procreandam; 2. ad sedandam concupiscentiam; 3. ad fovendum mutuam amorem.

Clarum est primum finem matrimonii in casu nostro obtineri non posse; ast bene obtineri potest secundus (et tertius) finis; iamvero Ecclesia permittit matrimonia, dummodo unus horum finium obtineri possit, secus nupturientibus senibus non benediceret, cum hi certe prolem non procreabunt.

Sponsa in casu proposito est similis sponsae seni; est quidem incapax generandi, sed minime incapax coeundi. Cum adsit itaque potentia coeundi, matrimonium (saltem probabiliter) dicendum erit validum. — Quodsi insistas, plures auctores considerare mulierem >excisam< vere impotentem, respondeo rem stante controversia dubiam esse: atqui >si impedimentum impotentiae dubium sit, sive dubio iuris sive dubio facti, matrimonium non est impediendum< (Can. 1068, § 2). A fortiori, si agatur de matrimonio iam contracto, standum erit pro valore actus. (Can. 1014.)

#### 4. Unde consequitur:

Cajus debuit prius clamare quam arma explodere, si rem theoretice consideras, in praxi ratio erit habenda eius status psychologici et a gravi erit excusandus.

Fallitur Caius putans se honorem suum publica percussione recuperare posse; honor est bonum ordinis superioris, quod alapis compensari seu reparari nequit, sed per sententiam iudicalem restitui debet. Ad reliqua patet responsum ex dictis.

## Rešitev moralnega primera o miloščini in delu.

»Eleemosyna est opus, quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum« (Thomas II—II, q. 32, art. 1), est itaque eleemosyna proprie actus misericordiae; sed quia teste Thoma misericordia est effectus caritatis, patet etiam dare eleemosynam esse actum caritatis. — Qua late igitur patet praeceptum caritatis, tam late patet praeceptum eleemosynae, siquidem caritas postulat ut diligamus »non verbo neque lingua, sed opere et veritate (I. Joann. 3, 18).

Ad singula transeuntes respondemus quaestioni »unde« danda sit eleemosyna: requiritur (si de praecepto loquimur) »ut id, quod est in eleemosynas erogandum, sit (subiecto) superfluum, secundum illud Luc. 11, 41: Quod superest date eleemosynam. Et dico superfluum non solum respectu sui ipsius, sed etiam respectu aliorum, quorum cura sibi incumbit... prius oportet, quod unusquisque sibi provideat, et his quorum cura ei incumbit, et postea de residuo aliorum necessitatibus subveniat« (II—II, q. 32, art. 5). Si quaeris »quanta« eleemosyna sit danda, optime respondetur verbis Tobiae 4. 9: »Si multum tibi fuerit, abundanter tribue.« Qua in re sine dubio ratio habenda est dantis et verbum »abundanter« erit intelligendum »secundum proportionem propriae facultatis« (II—II, q. 32, art. 10). Antiquiores auctores censent »satisfacere probabiliter divites erogando... quinquagesimam partem suorum reddituum (= 2%) (vide apud Alphons. l. 2, tr. 3, n. 32). Sed cum recentioribus theologis talis determinatio solido fundamento carere videatur (cfr. Noldin, Theol. Mor. II<sup>o</sup> n. 91), in praxi fideles hortandi erunt, ut dent »mensuram bonam, et confertam et coagitatam« (Luc. 6, 38), quin tamen sacerdos ad formulas mathematicas descendat.

Aliquando difficile est eruere »cui« sit danda eleemosyna; certe requiritur ex parte recipientis, quod necessitatem habeat, alioquin (ait Thomas II—II, q. 32, art. 5) non esset ratio, quare eleemosyna ei daretur. Hic observandum non omnes, qui pauperes videntur, etiam pauperes esse. Ideo »pauperibus trivialibus,« etsi ex nuditate, morbo etc. videantur ostendere signa extremae necessitatis, raro quis tenetur ex praecepto subvenire, etiam de superfluis; tum quia fere ad movendos spectatores ista necessitas exaggeratur, tum quia ab aliis iuvandi praesumuntur (Alph. l. 2, tr. 3, n. 32).

Vera necessitas varios potest habere gradus; quo gravior necessitas pauperis, eo maior obligatio divitis largiendi eleemosynam. Proximo in extrema necessitate constituto, etiam cum gravi incommodo proprio subvenire tenemur. Ceteris paribus ii pauperes praefereendi sunt, qui nobis propinquiore existunt »qui sunt nobis magis coniuncti, quasi quadam sorte nobis obvenit ut eis magis providere debeamus: (August. de doctr. christ. l. 1, 28.) ast tamen, quemadmodum perbene observat Aquinas (II—II, q. 32, art. 9) etiam »circa hoc discretionis ratio adhibenda, secundum differentiam coniunctionis, et sanctitatis, et utilitatis.«

Quae cum ita sint, nemo non videt, quantopere commendandae sint societates a. S. Vincentio et alia id genus collegia, quorum est veris pauperibus subvenire.

Cum eleemosyna veris tantum pauperibus tribuenda sit, patet fictum pauperem per nefas mendicare, quin immo, eum dominum eleemosynae non fieri; est enim eleemosyna proprie »contractus donationis«; iamvero in quolibet contractu requiritur, ut nullus intercedat error substantialis circa causam motivam; causa motiva, cur do eleemosynam, est indigentia recipientis, quae si non est vera, nulla intercedit translatio dominii in eleemosyna, ideoque talis pauper per se loquendo ad restitutionem tenetur.

Ex superius dictis constat eleemosynam esse actum misericordiae, resp. »actum caritatis, misericordia mediante« (Thomas), minime vero actum debitum ex stricto iure. Ideo pauper eam sibi occulte arrogare non potest talisque actio aequivaleret furto, excepto casu (in praxi raro) extremae necessitatis.

**Labor** est omne exercitium facultatum mentalium seu corporalium, sive homo deserviat utilitati communi, sive insistat utilitati privatae. »Arbeit ist jede Art von Betätigung menschlicher Kräfte, die geeignet ist, dem Menschen für sich oder für andere zur leiblichen oder geistigen Wohlfahrt nützlich zu sein oder ein Gut des leiblichen oder geistigen Wohles für sich oder für andere zu fördern« (Schindler, Moraltheol. II<sup>o</sup> 350). Similiter loquitur Cathrein, Moralphilosophie II, 58.

Ex definitione allata iam patet, quomodo labor distinguatur: prout enim exercentur vires spirituales vel corporales, habes laborem mentalem (opera »liberalia«) vel manualem (opera »servilia«). Contra antiquos quosdam scriptores gentiles, a quibus opera manualia »illiberales et sordidi quaestus mercenariorum« (Cicero, de offic. l. 4, 42) considerantur, tuendum est omnem laborem nobilem esse. Adversus quosdam neogentiles (materialistas) vero; a quibus labor (praesertim manualis) quasi finis ultimus hominis decantatur, asserendum est, laborem esse quidem eximum medium ad consequendum finem ultimum, minime vero ultimum finem hominis. Quodsi quaeras, quomodo labor mentalis et manualis inter se differant, respondebimus: quemadmodum spiritus praestat corpori ita antecedit labor intellectualis laborem manualem. Atamen videris, ut nec alterum despicias, nec alterum nimis extollas; siquidem Christus, qui et fabri filius voluit apparere et ipse faber esse (Marc. 6, 3) deinde publice praedicare,

utramque operam sanctificavit, ita ut »liber« non habeat cur superbiat, nec »servus« cur erubescat.

Eo nobilior erit vero sine dubio labor, quo nobiliter obiectum, circa quod vires occupantur; quapropter ille pereximie operatur qui intellectu suo Aeternam Veritatem scrutatur et voluntate sua Ineffabilem Bonitatem appetit. Ita homo maxime Deum imitatur, cuius »agere« in eo consistit, ut seipsum cognoscat et seipsum diligit.

Cum intellectus humanus et voluntas (ac reliquae potentiae) non sint inertes, sed natura sua ad actum tendant, patet laborem esse homini omnino connaturalem; Adam enim ad hoc creatus est, ut (etiam ante lapsum) »operaretur terram«; errant igitur, qui censent laborem manualement esse poenam pro peccato originali: »ad corporis laborem quod attinet (ait Leo XIII), in ipso statu innocentiae non iners omnino erat homo futurus: at vero quod ad animi delectationem tum libere optavisset voluntas, idem postea in expiationem culpae subire non sine molestiae sensu coegit necessitas. Maledicta terra in opere tuo« (Rerum Novarum). Est igitur non labor, sed amaritudo laboris sequella peccati.

Antequam inquiramus, num labor sit stricte praeceptus, videndum erit, ad quid labor ordinetur? Huic quaestioni respondet Thomas (II—II, q. 187, art. 3), qui quidem loquitur immediate de labore manuali, sed nemo diffitebitur eadem argumenta etiam pro artibus liberalibus afferri posse. Docet itaque laborem (manualement) ordinari

1º et principaliter ad victum quaerendum;

2º ad tollendum otium;

3º ad concupiscentiae refraenationem;

4º ad eleemosynas faciendas.

Ex quibus infertur laborem non cadere sub necessitate praecepti »per se«, sed in quantum est necessarius ad talem finem: »quod enim ordinatur ad finem, a fine necessitatem habet; ut scilicet in tantum sit necessarium, in quantum finis sine eo esse non potest; et ideo qui non habet, aliunde, unde vivere possit, tenetur manibus operari, cuiuscumque sit conditionis« (Thomas, *ibid.*).

»Et hoc significant verba Apostoli dicentis: Qui non vult operari, nec manducet: quasi diceret: »Ea necessitate aliquis tenetur ad operandum manibus, qua tenetur ad manducandum«; unde si quis absque manducatione posset vitam transigere, non teneretur manibus operari« (Thomas).

In doctrina S. Thomae prima itaque »nota« laboris est, ut sit necessarius victus causa: operari itaque significat imprimis »exercere se rerum comparandarum causa, quae sint ad varios vitae usus, potissimumque ad tuitionem sui necessariae« (Leo XIII. »Rerum novarum«).

In quantum igitur homini incumbit obligatio conservandi vitam, cui officio »scelus est deesse« (Leo XIII.), in tantum ei incumbit obligatio operandi, nisi aliunde vivere possit. Praeter conservationem vitae corporalis ordinatur labor ad conservandam vitam quoque spiritualem, quae maxime periclitatur otio et libidine. Sed etiam sub hoc respectu ex mente Thomae labor non cadit »secundum se« sub necessitate praecepti: »secundum quod opus manuale ordinatur ad otium tollendum, vel ad corporis macerationem, non cadit sub necessitate praecepti secundum se consideratum, quia multis aliis modis potest vel caro macerari, vel etiam otium tolli, quam per opus manuale: maceratur enim caro per ieiunia et vigiliis: et otium tollitur per meditationes Sacrarum Scripturarum, et laudes divinas« (*ibid.*).

Denique ordinatur labor ad bonum aliquod sociale (ut recenti utamur verbo), id est ad eleemosynas faciendas; ast etiam »in quantum opus manuale (ait Thomas) ordinatur ad eleemosynas faciendas, non cadit sub necessitate praecepti: nisi forte in aliquo casu, in quo ex necessitate aliquis eleemosynas facere teneretur, et non posset alias habere unde pauperibus subveniret: in quo casu obligarentur similiter religiosi et saeculares ad opera manualia exercenda.«

Adduximus aliquantulum fusius mentem Aquinatis, quo ostendatur scholasticos, problemata, quae nos hodie demum vigere subinde censemus, iam tunc minime ignorasse. Ut brevi utamur verbo, Angelicus docet: Labor non praecipitur ratione sui ipsius, sed qua medium ad consequendum aliquem finem altiorem.

Novissimi theologi disputantes an existat praeceptum laboris aliquantum dissentiunt Sufficiat duos inspexisse, qui nostris scripsere temporibus meritoque classici habentur: Noldin et Schindler.

In suo praeclaro opere Moraltheologie II, 350 docet Schindler laborem esse iure divino directe praeceptum: »Die Offenbarung enthält von ihren Uranfängen an das Gebot der Arbeit<sup>1</sup>, die nach dem Sündenfalle zugleich den Charakter der Strafe für die Sünde annimmt.<sup>2</sup> Im Gesetze A. B. wird die Pflicht der Arbeit teils direkt ausgesprochen<sup>3</sup>, teils indirekt durch scharfen Tadel der Faulheit<sup>4</sup> und durch den Preis

<sup>1</sup> Gen. 1, 28; 2, 15. — <sup>2</sup> Gen. 3, 16—19. — <sup>3</sup> Ex. 20, 9.

<sup>4</sup> Prov. 6, 6 ss; 10, 26; 15, 19; 24, 30.

des Ruhmes und Segens der Arbeitsamkeit eingeschärft<sup>6</sup>. Im N. B. lehrt Christus das Gebot der Arbeit durch sein Beispiel,<sup>6</sup> sowie durch die Parabel vom faulen Knechte<sup>7</sup> und von der Sendung und dem Lohne der Arbeiter im Weinberge<sup>8</sup> etc.

E contra Noldin (Theologia Moralis II<sup>15</sup> n. 67—68) urget quidem obligationem laboris (similiter ac Thomas) ex »praecepto conservandae vitae« et ex ratione »vitandi otii«, sed non audet asserere talem obligationem oriri ex positivo praecepto divino: »quamvis labor naturae humanae apprime conveniat eamque nobilitet atque perficiat, econtra otium et desidia hominem dedecant, affirmari tamen nequit praeceptum divinum laboris, praesertim lucrativum, independens ab aliis obligationibus, omnibus omnino hominibus in sacra scriptura iniunctum esse«.

Quoad textus biblicos allatos Noldin libenter concedit »multa haberi testimonia s. scripturae, tum v. tum n. testamenti, quibus labor summis laudibus extollitur et enixe commendatur, nullum tamen, quo ipse labor qua talis stricte praecipitur.«

Quaerens num labor praeceptus sit »ex obligatione conferendi ad bonum commune« Noldin docet talem laborem nunquam satis commendari posse; »at (adiungit) stricta obligatione labore suo conferre ad culturae progressum homo non tenetur.« De caetero nec Schindler talequid postulat; secundum eum enim satisfacit praecepto laborandi etiam qui solum se excolit (Studium zur Selbstausbildung). — Utilem quandam occupationem itaque omnes postulant, sed non requirunt, ut sit utilis communitati: »etiam ei, qui habet abundanter unde vivat, plane desidi esse non licet, sed utili quadam occupatione vitam agere debet« ait Lehmkuhl, Theol. Mor. I<sup>11</sup>, 741, silens de obligatione laboris socialis.

Cum itaque res saltem in dubio sit posita, confessarius, cum sit iudex peccatorum non sententiarum, a stricta obligatione laboris pro bono communi imponenda prudenter abstinebit; concionator momentum morale et sociale laboris valde laudabit, praesertim vero momentum supernaturale extollet, »cum Christo salvatori nostro, qui in laboribus erat a iuventute sua, nos similes reddat« (Noldin o. c. 67\*, cf. etiam Kachnik, Ethica socialis pag. 90 ss.).

Contra socialistas asserendum est laborem non esse unicum titulum acquisitivum domini (cfr. Noldin II, n. 397). Siquidem ultro fatemur, laborem esse titulum valde nobilem, quo ius proprietatis acquiras, at si unicum dixeris, quonam ponas occupationem, accessionem, praescriptionem, denique longam seriem contractuum, quibus omnibus dominium recte acquiritur resp. recte transfertur? (Vide Costa-Rossetti, Philosophia Moralis [1886] 771).

Ex allatis non erit difficile iudicium de Alberto ferre. Equidem errat dicens pauperes omnes propter solam pigritiam egere. Num non etiam ob morbos et calamitates quis pauper fieri potest?

Quoad verba S. Pauli dicentis, qui non vult operari, neque manducet, consulat exegetas et s. Thomam.

Quodsi artes et studia despicit, ostendit se materialismo practico addictum esse, qui sola luca corpori faventia quaerit; turpissime errat, quando vitam contemplativam reprobat: etenim contemplari aeternas veritates summum exercitium animae est nec dignius opus invenies: haec est illa optima pars, quam Maria elegit; qui vero putat, talem vitam ordini sociali nocivam esse, ostendit se momentum sociale orationis et doloris ne a longe quidem cognoscere. Quanti sit facienda oratio fidelium, qui vitae contemplativae dediti sunt, pulchre describit Schindler o. c. II, 354: ihr Gebet gleicht dem Gebete des Moses, der auf dem Berge für das im Tal kämpfende Volk Sieg und Heil erfleht (Ex. 17, 9); die Opfer, die sie in freiwilliger Buße auf den Altar der Gottesliebe legen, sind Sühnopfer für die Sünden einer Welt, die im Dienste des Sinnlichen dahinstürzt und der jene Bußopfer die Erbarmungen ihres Schöpfers und Richters sichern helfen.

Non minus errat Iunius autumnans in paradiso laborem ignotum fuisse originem proprietatis usurpationi fortiorum tribuens; toto enim coelo distat »occupatio« rei nullius ab usurpatione.

Natura est »omnium«, ait Iunius; concedo: antequam a singulis singulae res occupentur; occupatione vero peracta res fit alicuius personae particularis, quae rem potest dein transferre in alios.

Cum eleemosyna debeatur titulo caritatis tantum, patet pauperi nullum subsidium »stricto iure« competere, hinc modus agendi Iunii bona divitum surripientis nihil aliud est quam furtum.

<sup>5</sup> Prov. 31, 10; Eccles. 9, 9; Eccles. 7, 16.

<sup>6</sup> Marc. 6, 3.

<sup>7</sup> Matth. 25, 14—30.

<sup>8</sup> Matth. 20, 1 ss.

59.

**RAZNE OBJAVE.**

**Škofijski list.** Kot priloga Škofijskega lista bo prihodnje leto izhajal »Voditelj Marijinih družb«, in sicer štirikrat v letu v obsegu po 8 strani. To prilogo bodo prejeli vsi obvezni naročniki; drugi naročniki, ki jo žele prejeti, naj se prijavijo zanj. Cena se bo naznanila v 1. številki prihodnjega letnika. Tudi naročnina za Škofijski list 1924 se bo takrat naznanila.

**List »Občinska uprava«.** Ordinariatu se je sporočilo, da bo z novim letom začela spet izhajati samostojno »Občinska uprava«, glasilo županske zveze za Slovenijo. Naročnina za posameznike bo 25 Din. Ker so bili v prejšnjih časih mnogi gg. duhovniki na ta list naročeni in ker je list koristen tudi za duhovniško poslovanje, bodi list priporočen.

**Priporočilo.** Škof. ordinariatu se je sporočilo, da je bosanski odbor Marijine družbe pri oo. minoritih v Ptuju razposlal na župne urade brošurico »Za našega Evharističnega kralja«. Ker je čisti donos namenjen za zvonove katedrale v Sarajevu — bosanski katoliki so jako siromašni — naj skušajo gg. duhovniki brošurico razpečati proti dotični miloščini.

60.

**ŠKOFIJSKA KRONIKA.**

**Administraciji** ljubljanske škofije sta bili z odlokom sv. stolice izročeni župniji sv. Ožbalta in sv. Andreja na Jezerskem z dnem 1. decembra 1923.

**Cerkveno odlikovanje.** Franc Traven, župnik v Sodražici, je bil imenovan za škof. duhovnega svetnika.

**Podeljena** je župnija Zagradec ondotnemu župnemu upravitelju Gabrielu Petriču.

**Ordinacija.** Subdiakonats je prejel dne 22. decembra 1923 fr. Gregorin Recelj, O. Cist.; tonzuro: Jožef Domanjko in Stanislav Weingerl iz lavantinske in Peter Vlasanović iz zadrške škofije.

**Umrla** sta: Karl Čik, župnik v pok., v Ljubljani 25. novembra 1923 v starosti 54 let; Franc Umnik, ekspozit v pokoju, v Rajhenburgu dne 9. decembra 1923 v starosti 54 let.

**Škofijski ordinariat v Ljubljani, dne 31. decembra 1923.**

**Vsebina:** 58. O pastoralnih konferencah v letu 1923. — 59. Razne objave. — 60. Škofijska kronika.

Izdajatelj šk. ordinariat. — Odg. urednik Josip Dostal. — Natisnila Jugosl. tiskarna.

